mano 1 A, B, I (65r-67v), Hh


hica uiuorum et mortuorum. Adora a-
nima mea Patrem cælestem honorando
ipsum semper ei omnibus uirtutibus
tuis, seruiendo totaq sapientiâ tuâ
et uoluntate qui suo benedicto amore
tam misericorditer te adiuuat, et for-
tificat. Adora redemptorem tuum do-
minum nrum IESVM Christum qui
tanquam uera Via, Veritas, et Vita sua
sola gratia te docet, et illuminat. Ado-
ra psonam tui glorificatoris Spiritus Sa̅cti
paracliti, qui sua communicatione dis-
ponit corpus, animã, et spiritum tuum
ut sis mundus, rectus, et bonus in oibs.
Anno. 1542. in octaua Corporis Xpi,
domini nri habui qddam notate desideriu
faciẽdi deinceps qd sola negligentia et pi-
gritia omiseram s. scribendi in gram me-
moriæ aliqua spiritualia ex his, q dnus de-
derit siue ea sint ad orandum melius, siue
ad contemplandum, siue ad intelligendum.

mano 3 C-D


12
Deuotiones prosequendi, et me in ip-
sis dilatandum, inuocando eã Apposto-
los, aliosque sanctos, qui fructum
faciebant in diuersis mundi partibus
et specialem curam suscipere nostræ
societatis, omniumq animarum existentium
in talibus terris, aut prouinciis ad quas
ipsi aliquando applicarunt suas
charitatis intentiones his soleo uti,
quoties orare uolo specialiter p aliq. loco
aut Regno inuocando ss. eos sanctos, et
Angelos, qui sunt, et habuerint specialem curã
taliu aiarum uiuorum, aut mortuorum, circa
tps hoc incepi quandã deuotionẽ datã mihi
à dño ad melius recitandu horas canoni-
cas, dicendo ss. inter psalmu, et psalmum
ad renocat: sps. P. cælestis, da mihi spum
bonum.
C

Aptos in... cabat p... centiis...
Deuotio p... officio in... psalmos.

mano 4 E

Hereticorũ voluntatem nam quamvis
ipsi quemadmodum et Demones,
vera fateantur. Verumtamen veri=
tatis spiritu nõ dicunt qui Sp̃us S. spiri-
tus nõ

Tandem post missam non in me eẽ sẽsi
quem antea sentiebam gustũ spiritu=
alem quem obnixẽ desiderarem. ali-
ud mihi non respuendũ desiderium oc-
currit quomodo Jesu Christo placeret
me medullitus, et occulte visitare
meos defectus secretẽ reparandos intel-
lectus, memoriæ et voluntatis, et seq
item virtutes secretas et dona super
quibus nunquã meditatus fueram qua-
lis. intra me plures super defectibq
meis egissem.
Aliud habueram quidem antea desideriũ

E

mano 5 F, G, H

41

dixit, responsum redditũ mihi
fuit q nõ feceram nec pro tunc pre= Praparatio
paraveram animã meam quemad= anima.
modum fecerant S.ti Reges Magi, qui
profecti fuerant, ex tam longis regio=
nibus, relinquentes propriam Pa=
triam, et omnia bona usq ad oblatio=
nem etc. Et ita veniebat super oĩa alia
mihi notitia dispositionis in qua erãt
psona illæ, quibus Jesus Christus
similes gratias concedebat, et videbã
clarissime qualiter multum gaude=
rem si audirem illa verba: Remit=
tuntur tibi peccata tua, imo illa Ho=
die mecum eris in Paradiso, non
considerans, quod longe sim ab ea
dispositione, in qua tales persona in=
veniebantur, et qualiter nunquam

F

mano 6 I da 68 r, K


69

necessitates uenit mihi multa deuotio ut orarem
patrem omnipotentem ut mitigaret corporis et
carnis meae ut illam fortificaret et sanctificaret
et commendarem animam filio ut similiter uellet
eam illuminare et sanctificare et spiritui sancto
commendarem spiritum ut uellet ipsum sic bonum
reddere ut numquam obliviscatur officij sui per animam intelligendo partem sensitivam simul cum
portione inferiori scilicet rationem discursus
circa ea quae per sensus accipiunt [illegible] per
spiritum autem eam portionem quae circa diuina
occupatur accipiendo per spiritum sanctum
et per Angelos et ita per fidem ex auditu [illegible]-
as ratiocinationes et sua desideria atque
affectus rogaui etiam filium [illegible] ea quae
dixi mihi concederet in sumptione cor-
poris sui preciosissimi sumptionem animae
et diuinitatis suae in sacramento

commenda
Patri om
corpus.
filio anim
Spui Sto Sp

mano 7 L, M, Ee


Ex passionibus humanitatis ipsius qua
post haec nec patitur Xpi resurgens à
mortuis. ~

Pridie festi S.ti Francisci dum celebra-
rem officium martiris unius ad quem deuoti
est mihi magna deuotio, ego applicaui missae
sacrificium parentibus meis uiuis, et mortuis;
omnibusque, qui ex familia domus meae, et conseguen-
ter pro omnibus familijs fratrum meorum, qui sunt
in societate Jesu Xpi; haec dum facerem ue-
nit mihi magna, et deuota memoria eorum, qui-
bus obligati sumus, Unde uisum est optimum
futurum esse si inuocauero sanctos, et sa-
nctas post Beatam MARIAM, qui
curam habuerunt, et habent, et habituri
si sunt earumdem familiarum nostrarum:
propterea tria mihi proposui SC. pro pec-
catorum suorum remissione, intercedere.
et pro beneficijs iam receptis Deo gratias
agere, et pro nouis obtinendis ad earum

L

Inuocare
qui habuer
cura fami

mano 8 N, O, Aa, Bb



92

Debemus quaerere principalem Spiritum
et ut in illo quiescamus nos debemus adhe:
rere, verbis, et intelligentijs, et voluntatibus
ac desiderijs Deo magis quam subiecta mate:
riam immediatis, ut appareat ei solus Dei
affectus. Eo tempore cum adsunt varij ueti
desideriorum cordis, et nostrarum inten:
tionum dum videris igitur te tempore
officij bene dispositum esse in Christum, et habere
intellectum ad predicationem, vel ad aliam
aliquam collocutionem, memento statim
te esse extra dispositionem quae requiritur ad
officium divinum, et ad res quae cum Deo habent.
Veragenda facit Deus optimus maximusque in
ex[illegible]tiam earum collocutionum ac verbo:
rum, in quibus varijs modis, et in va:
ria tempora nos oportet occupari corpora:
liter ita habeamus Sanctus qui exigunt
in intentiones nostrorum amicorum et

aut ipsum super omnia proli affectu diligens ac tunc amoris max. aut cognoscit. tertio amoris nostri aut cuiuscumque pro erga Deum.

N

mano 9 P, Q, prime parole Ff



continent et divertunt poenas corpo:
rales, et etiam penas spirituales, ipse per
organa, aut per potentias animae corpori
immensas decipiuntur, ita ut non tam
vere sentiantur ab Anima, quam sicut cu
absque corporis adminiculo, et extra corpus
advenirent. Notavi etiam hic tria hu:
iusmodi cuilibet summe cavenda esse,
ut non se permittant penetrari a ventis
illis frigidis, qui sunt vel ex attenta conside:
ratione alienorum defectuum, ex his enim
saepe contigit, ut spes, quae est de salute
Proximi perdatur, et bona opinio, et cre:
dulitas erga ipsum amor, et Charitas,
oportet in calore spiritus superare haec
mala. non solum apprehensa, sed eti:
am si fieri potest illa, quae sunt in ipso

Ventus frigidus considerare aliorum defectus.

Proximo

mano 10 R-S

orum et totius sanctitatis et iustitiae lo
ram Deo nativitate, et q unusquisque erat
mundo nasceretur. Haec fuit dicta in sanctissimo
templo 2a/ in monasterio Carmelitarum pro
spirituali nativitate hominum Domini Maguntini
et totius Rheni mihi commendati. 3a/ ego
dixi in templo Sanctissimae Virginis ab gratiis ubi
ego habui occasionem exortandi circa solemnita
tem Pauperum eiusdem Beatissimae Virginis Mariae. Hanc
Missam ego dixi pro pace his calamito
sis temporibus inter Christianos Prin
cipes impetranda, pro expulsione he
resum et pro reliquis bonis universali
bus. In prima Missa dum sentirem me
triduum ante communionem et do
lerem quod in me non esset alia me
lior dispositio, venit spiritus satis vivus et ego
habui hoc responsum cum intrinseco sensu de

unusquisque de
tot nasceret
toti mundo

R

mano 11 T-U

tiam eius quam converti ad presentiam cuiusquam
alterius voluptatis, quae non sit ex ipso derivata, ac
missa in nos per Christum subministrata, et in ipso
terminata. Amen. Amen.

Alia die infra octavas eiusdem Epiphaniae Domini
ego sensi quendam bonum spiritum, quo admiratus
sum gratiam Dei, qua factum est, ut ego iam
triginta septem vicibus haec festa natalitiorum
et Epiphaniae in hac vita viderim, et sic discurre:
bam per alios dies festos, qui mihi tot revolutis annis
reluxerunt; ego vero tam parvum fructum ex ipsis accepi,
nec umquam fui satis gratus, ut saltem reco:
gnoscerem Benignitatem Dei, qua factum
est, ut haec bona, et similia mihi toties
in ipsis triginta septem annis, qui iam sub
mutati super me replicarentur, et ob oculos
revolutis temporibus proponerentur ad
hauriendam eandem salutem, et-

nec non
vel non po

T

mano 12 X-Y, Dd

in mentem mihi quædam admiratio sup bonit=
ate Jesu Xpi in hoc V.S. qd ipse fuerit tam liber-
alis, ut se ipsum totum communicauerit tam
uarijs modis, non solum bonis, sed et[ia] gratis, et
malis: in coena enim se totum communicauit
et traditori suo: admonebarq. hic, ut sicut ips-
se mihi quotidie celebranti communicat, et par-
atus est oẽs alijs modis communicari in oratio-
ibus, cæterisq. pijs operibus, ita ego quoq. oĩbus
modis me ipsi deberem communicare, et resi-
gnare, et non ipsi tantum, sed propter ipsum om-
nibus proximis meis, bonis, ac malis et commu-
nicare lingua, alloquendo, docendo, pro ipsis
laborando, partiendo me totum, prout teneor, ad qd
utilis essem omnibus, aperiendo ad consul-
tationem, et denique me totum, et omnia
mea omnibus distribuenda. Fiat in die
quo mihi continget celebrare festum
Beatiss[im]æ Brigidæ Virginis multa sensi cir=

X

mano 13 Z, Ff-Gg

ut nos dicamus uiuere uitam sp[iri]tus a Corpore, non mi=
seram illam, quæ est in male cogitando, memorando o=
perando, sed contrariam illam, scilicet, quæ sentitur
per tres ipsius animæ potentias, memoriam, uoluntatem,
et intellectum.
In die S[an]cti Gregorij Mart. dum dicerem Missam in
Eccl[esi]a S[an]cti Christophori, et facerem memoriam cuius-
dam animæ tunc recenter defunctæ, cuius depositio=
nis dies primus celebrabatur, ego sensi magnam con=
solationem, in quadam uiua apprehensione glorifica=
tionis animarum per Xp[istu]m faciendæ: particulariter
sentiebam illam Xpi liberalitatem quam ostendet
suis super operibus suis, quæ fuerunt reddendo
præmia cuique s[ecundu]m opera sua, quæ fuerint
in fide ipsius, non poterit n. non magnum es=
se præmium cuilibet operi facto in gr[ati]a, eorum
namq. quæ non fuerunt facta in gr[ati]a Xpi, nul=

Z

mano 14 (Bb da 196 r)

Dominus intenderint suas vires corporales in per-
secutione corporis mei, quod sicuti solus hostis per Spiritum
suum malum interet persequi infirmitates animae
meae. Invocabam igitur protectorem animae meae
hic, et colligebam multa de persecutionibus, quas
patimur in Spiritu per malos Spiritus Daemonum, et ho-
minum. Hic est notandum, et ponderandum tormentum
illud meum, quod mihi continuum est, ex quo nervi Ger-
maniae suae defectione tali huius nationis. Avertat
Deus ne hoc eveniat in re ipsa, quod totes appa-
ruit in Spiritu meo, non quidem per Spiritum bonum, sed potius per
Spiritum diffidentiae, qui tam multis modis me hac-
tenus divexavit, hoc potissimum conectans, ut
omnino desperarem de fructu faciendo, et tam-
tum fugam in animo proponerem et deinde, ut optarem
abire contra sortem hanc strenuam mihi de-
putatam. O utinam valeres, Dominum, ne timere

mano 15 Cc

et proprij Spiritus obligatione proceditur ad pos-
sessionem Dei; intrandum est enim per angustam
portam, quae porta angusta si consideraretur in
unoquoque ipsa est via, qua itur ad Cor, ad quod
conversi intrant in veritatem, et vitam.
Cor enim in homine est primum, quod animatur
ab anima, et ultimum, quod deseritur. Oportet
igitur, ut paulatim reducamur secundum to-
tam animam sensitivam, et rationalem
ad Cor nostrum ut tandem illuc collecti, et
uniti transeamus ad vitam invisibilem, et
spiritualem, quae abscondita est in Deo cum Christo
In die octava Visitationis B. Mariae Ego iterum
recognovi gratiam tali die mihi factam in
hoc, quod professus fuerim modum vivendi, qui est
secundum Societatis Institutionem Jesu Christi, et rogavi
ex viva cognitione, ut mihi detur gratia cresce-
di in omnibus iuxta normam huius instituti: ut per
Castitatis modum possim tandem invenire mun-

Angusta porta est via, qua itur ad Cor.